





Angab.:  
2. 00 Se  
3. 00

1. wgl. Ua 2624, 8°



Q. D. B. V. 4

GEORGII FRIDERICI

de FRANKENAV

Medicinæ D. & P.P. Extraord.

# Disqvifitio

## Epiftolaris

### SUCCI NUTRICII PER NERVOS TRANSITUM

*EJUSQUE EFFECTUS*

### In Corpore humano expendens:

*Dicata*

*VIRO AMPLISSIMO atq; EX-  
CELLENTISSIMO*

### DN. JOH. GOTHO- FREDO BERGERO, D.

Ordinis Medici Seniori, & Pathologiæ  
Prof. Publ. Celeberrimo, &c.

---

L I P S I Æ,

Impensis JOH. MELCHIOR. Liebe /  
Bibliop. Hayniens. 1696.



D. N. N.  
GEORGII FRIDERICI  
CANTUARII  
Epistolarius  
SINGULI RICHARDI PER  
VEROS TRANSMITIM  
In Corpore humano  
Expenditur  
D. N. JOH. GOTTH.  
EREDO BERGRO, D.  
Ordinarius Medici & Patrologi







*J. J.*

*AMPLISSIME EXCEL-  
LENTISSIME*

**DOMINE, FAUTOR**

atq; **PATRONE,**

*MULTIS NOMINIBUS  
COLENDE*



**C**onsilium prima  
specie temerarium,  
magis quam audax  
putabis **VIR** Celeberrime, quod  
meus hac vice subire tentat a-  
nimus, à fallaci qualibet ver-  
borum imitatione simulatio-  
neq; Virtutis Tuæ evehendæ

A 2

sem-



( 4. )

semper alienissimus. Etenim  
me temerario obloqvendi mo-  
do vel in præstantes admodum  
ingenii Tui dotes impingendi,  
vel vanæ gloriolæ captandæ  
caussa, contrariis, diversis, pu-  
gnantibusq; quod incedam ra-  
tionibus, adversus eruditissimas  
theses modo promulgatas, pru-  
rire, aut à cujusvis alius Tibi  
Tuisq; honoribus invidentis  
svasu atq; zelo intempestivo ad  
scribendum incitari non credas  
velim, qui bene ac sapienter  
ubiq; regeris more intelligen-  
tium hominum prudentissimo.  
Detestor atq; deprecor omnem  
malæ actionis speciem, quæq;  
bonos



( 5. )

bonos unquam mores, famam  
& existimationem Viri boni læ-  
dere potis est, iccirco & eam  
à nobis fieri velle vel posse cre-  
dendam nemini permittimus.  
Alia omnino subest ratio, alia-  
que rei est facies, quæ vult, mo-  
nitis ut Tuis sub Disputationis  
finem allatis morem geram lu-  
bentissime, omniq; tempore  
seqvar, quicquid tam utiliter  
præcipis: Quando *in arduis ac*  
*interioribus hujusmodi* (uti vere  
fluidum illud nervorum esse  
colligimus) *reconditisq; rebus, quod*  
*probabilius inest, vel minus certe*  
*à ratione remotum, quandam veri*  
*saltem præ se ferre speciem conten-*  
dis,  
A 3



( 6. )

dis, hinc *res* omnes in studio  
nostro Medico *ad liquidum*,  
*non adeo perductas*, pondus  
omnino *habere* arbitror, *in-*  
*flammare*, *accendereq;* ani-  
mos solius *Veritatis studio du-*  
*ctos*, ut stupendam corporis  
nostri fabricam pervestigandam  
eo lætius aggrediantur, & à  
*tam exquisiti artificii genere*  
*ejusq;* notitia ad *Effectoris*  
*Summi cognitionem atq;* ad-  
*mirationem laudesq;* prove-  
*bantur*. Habes non levis mo-  
menti rationem, quin plures  
impense mihi favent & pro me  
loqventur, si iisdem opus mi-  
hi esset *Tecum VIR ἰατρικώτατε,*  
pro



( 7. )

pro denegato semel magno  
Tuo in me meosq; affectu con-  
tendere, qva spe innixus hanc  
ad Te scribere epistolam non  
moror amplius. Qvicquid au-  
tem molior, ut suspicacem ani-  
mum, aut qvalemq; sini-  
strum de me amoliar sermo-  
nem, id tamen certissimum  
manere me facile video, qvod  
importunus molestusve apud  
Te sim interpellator aliquis, qvī  
graviora Tua interturbat ne-  
gotia, & in bona peccat publi-  
ca; sed veniam, confido, da-  
bis, postqvam intellexeris, ea  
potissimum de caussa hanc Ti-  
bi creari molestiam, ut grati a-

A 4

nimi



( 8. )

nimi senſa ſimul exprimat ve-  
nerabundus calamus, cujus a-  
nimo nerviſq; adhuc fluctuat,  
immo hæret nutrix illa aqua,  
qvippe tantos ex elaboratiſſimis  
Tuis Diſputationibus accepiffe  
me fructus agnoſco, ut ad gra-  
tes Auctori perſolvendas me  
prorſus obligatum teneam.  
Quanqvam vero cuncta, quæ  
pertractas, accurate adeo ab-  
ſolvifti, ut pronum fit de ſin-  
gulis in laudes Tuas erumpere,  
commodum tamen necelle e-  
rat operiri tempus, quo ani-  
mum celebrandi Nominis Tui  
promptiſſimum effundere pos-  
ſem; & cum mihi cumprimis  
ſeſe



( 9. )

sele occasio jam offerāt , velut  
signo dato profilio , nullus du-  
bitans, qvin proletariæ huic Dis-  
qvifitioni meæ , quam Tibi fa-  
cravi , quodammodo favitu-  
rus sis !

Atq; ordinem in dubitando  
ut servem , scias Vir Excellen-  
tissime, me non multis opus ha-  
bere parasangis aut difficultate  
laborare aliqua , ut evincam  
probemq; tales extitisse Britan-  
norum hoc cumprimis seculo  
Magistros, qvi sapienti Tuo ju-  
dicio feruntur perbene; In tan-  
ta enim tamq; larga demonstra-  
tionum Physicarum Medica-  
rumve messe accidit haut ita

A 5

pau-



paucis, ut sæpe numero multa nova nec fando audita suspicati fuerint, nonnunquam diversa presentibus contrariisq; invenerint, verum tamen ipsa re & ratione verum prætermiserint fere semper. Id quod de succi nutritii per nervos transitu mihi asserere omnino liceat.

Quod quidem inventum etsi quidam principes Italiae Medici laudant vehementerq; comprobant; alias tamē adhuc dari gentes luculenter observo, quæ rem talem utriusq; licet nationis sermonibus percelebratam, in dubium vocare mecum audent, adeoq; negandi temeritatem non sine ratione sustinent *argumentis in contrariam*



( II. )

riam *partem collatis* fortiter  
subnixæ, quales Gallia Germa-  
niaq; nostra, amœnissima Mu-  
sarum hodie sedes nobis sistit  
plurimos & ad Septentrionem  
usq; Claros omnigena eruditio-  
ne refertos. Nolo Tibi in men-  
tem revocare jam quid alii  
contra egerint, & quam for-  
titer debellarint nutritionem,  
illam è nervis petendam, Viri  
Tibi probe cogniti, magnæ-  
que apud omnes eruditos famæ  
& existimationis, BARTHO-  
LINUM, du VERNEY, BOH-  
NIUM, SCHELHAMME-  
RUM, TAUVRVY & ORT-  
LOBIUM puta, quos omnem

A 6

ante



ante me movisse lapidem satis  
 comperio indimovenda illa dif-  
 ficili Anglorum excogitatione;  
 immo tantum abfuisse scri-  
 pserit idem Excellentiss. Dn.  
 SCHELHAMMERUS *tr. de*  
*lymphæ ac seri ortu*, ut reli-  
 quis ejusdem Musæ eam pro-  
 baverint satis, ut vix ullus ex-  
 terorum sit repertus, qui illis ac-  
 cederet. Quin & ab ipso per-  
 spicacissimo BARTHOLINO  
 statim examinata atq; repro-  
 bata hæc fuit iis argumentis,  
 quibus nemo adhuc, quod sciam,  
 responderit. Unde facile la-  
 bore hoc supersedere potuissem,  
 tempori parcere, & hanc for-  
 tassis



tassis doctrinam velut in scho-  
las nunquam receptam sicco  
plane pede præterire, ne actum  
agere aliis viderer, neq; ean-  
dem, ut in proverbio dicitur,  
canerem cantilenam.

Quoniam vero aliquibus ab  
Ampliff. T. Excell. eorum sa-  
tisfactum esse dubitatis sentio,  
aliqua vero intacta adhuc  
Tuoq; iudicio minora forte  
visa, quam ut iis responderetur,  
remansisse, nolui diutius ani-  
mum excruciarī meum super  
his, & ambiguo eum suspendere  
responso, cum erudiri præstet  
quam dubitare.

Quare adversariorum ratio-

A 7

nibus



nibus haud imparatis ut occur-  
 ratur ab Excellentissima T. Di-  
 gnit. prima quasi fronte palma-  
 rium eorum argumentum du-  
 plici potissimum experimento  
 firmatum evertere conatur alia  
 & quidem contraria, ut appa-  
 ret, hypothesi, tale sc. nervis  
 adscribendo cavum, tamq;  
 porosam constitutionem, ut  
 undulantes inibi spiritus sem-  
 per comitem habeant lympham  
 nutriciam cuiq; parti Corporis  
 nostri destinata, adeò ut pror-  
 sus nullum functioni animali  
 exinde spiritibusq; immineat pe-  
 riculum, immo hi potius præ-  
 sentia ejus adjuti alacrius multo  
 munia



munia sua obeant, rectaq; qua-  
qua vorsum excurrant.

Quemadmodum vero ne-  
minem hic nominare possum,  
ex Medicorum filiis, qui ner-  
vos tam solidos firmosq; cre-  
dat, *ut nusquam omnino pa-  
teant*, crassorumq; instar filo-  
rum sese habeant, egoq; nulli  
dissentientium talem credendi  
labem affricare audeam, cum  
quilibet eorum probe, me ta-  
cente etiam norit, quid primus  
Artis Parens Magnus *Hippo-  
crates* olim jam præceperit *de  
aliment. IV. 24.* totum sc.  
corpus esse perspirabile, recte-  
que id assertum omnibus ad-  
huc



huc placuerit Medicinam facientibus atq; mihi met ipsi, nolo amplius in re tam clara hæ- rere, verum dicere, qualem nervis tribuant porositate ( ut cum Philosophis loquar ) Auctores euntes in diversum, & qualis ab ipsis intelligatur.

Hi igitur angustam sicut neq; minime subtilem cum didicissent nervorum esse fabricam, persuadere sibi nunquam potuerunt, existere ullum in corpore nostro liquorem adeo aptum atq; subtilem, ut angustissimos cerebri mæandros subintrare posset, servata tamen NB. liquoris s. purioris subtiliorisq; aquæ  
for-



forma, qualem vos in edito  
specimine doctissimo ad nutri-  
tionem accersistis. Etsi vero  
cum reliquis Viris Doctissimis  
non negem aliquid nervorum  
humidum, quod parcissimum  
tamen iis adhærescit, & in sta-  
tu hominis naturali à nemine  
unquam, quod sciam, demon-  
strari tam facile potest poterit-  
ve, quippe quod præter vapi-  
dam fere quandam minusq; a-  
ctivam lympham nil foret a-  
liud, resolutâ sc. in eam prius  
spirituum animalium stasi, de-  
bile admodum invalidumq;  
argumentum, *quando nulla  
suppetunt alia, opinor, quod*  
*ex*



*ex ipsa horum compressione,*  
*subinde facta* peti debet &  
 constare; quoniam violenta  
 nervorum ejusmodi compres-  
 sione facile liquidi quid extor-  
 queri potest pro nutrice lymphæ  
 plane non admittendum.

Quod vero ad Illustris *Belli-*  
*ni* perelegans spectat experi-  
 mentum, id potius pro nobis  
 verba videtur facere, nostram-  
 que de Spiritibus animalibus  
 obfirmat sententiam, ceu fidus  
 hujus experimenti interpretes cla-  
 re *pecul. disputatione hanc ita*  
*pridem edita* literato Orbi  
 commonstravit fidissimus iti-  
 neris quondam nostri per An-  
 gliam



giam & utrumq; Belgium Comes Suavisissimus *D. Elias Camerarius Junior* in Tubingensium Univ. P.P. Extraordinarius, Fautor Amicissimus, *Bellinianam* de nervorum liquido mentem cum *Bohniara* nostraque apprime uniens; Ipsius quoq; *Bellini* candor atq; dexteritas fidem hac in re nobis faciunt abunde: *liquidum tale è districto nervo in fibras Septi motrices compulsum, motus & tripudia quasi sua redintegrans, à spiritu five animali aura potius dependere, quam succulenta quadam materia nervos interlucante, cum & liquidi nomen tam*



tam spirituum tenuitati atque  
mobilitati , quam subtiliori  
lymphæ competat , hocq; ab  
ipso nomine subinde salutetur.

Quare etiam atq; etiam,  
optarem , ne promiscue liqui-  
di vocem ita usurparent con-  
fusionis metuendæ causa ii,  
qui simili versari cupiunt in ar-  
gumento , aliud quippe spiri-  
tum , aliud lympham esse spi-  
rituosam concretionis capacem  
tamen quis non videt?

Quantumcunq; vero verear  
magniq; faciam solertissimo-  
rum Angliæ Italiaeq; Docto-  
rum scripta , hac tamen in re  
difficili minus movent ani-  
mum



mum meum ab omni præjudi-  
cata opinione vacuum, ut fi-  
dem illi adhibeam, quod se-  
mel tantum vidisse gloriantur  
Viri, ceteroquin Magni, alii  
autem plures strenue id perne-  
gent.

Immo vero Excellentissimo  
Tuo ingenio facere videberis  
injuriam, quando nimium au-  
toritati Duum Virum Medi-  
corum Itatorum, *Malpighii* ut  
& *Bellini* videlicet tribuis, eos-  
demq; proprio forte oculorum  
testimonio anteponere audes,  
cum & lyncei aliorum pariter  
Anatomicorum oculi ejusdem  
nunquam felicitatis fuerint, ut  
nota-



notabilem saltim aliquem con-  
 strictorum nervorum detegere  
 potuerint tumorem ( quod Ex-  
 cellentiss. *Bellini* tamen videtur  
 voluisse ) & à nemine imitan-  
 dum leve hoc experimentum,  
 non immerito suaserint. Au-  
 diamus quæso subtilissimum in  
 Galliis Anatomicum & Profes-  
 sorem Regium Parisiensem fa-  
 migeratissimum Dn. *Joseph. du*  
*Verney*, sub extracto literarum  
 Dn. Præsidentem *Cousin*, allo-  
 quentem in *Journal des sç avans*  
*Tome XVII, p. m. 340.* quomodo  
 dicti experimenti vim atq; pro-  
 babilitatem impugnet : *Il a fait*  
*remarquer, que s' il estoit vrai qu' il y*  
*enst*



eust un suc blanc & visqueux dans les nerfs, qui servist de vehicule aux esprits, & de nourriture à toutes les parties appellées Spermaticques, les nerfs, lorsqu'ils sont liez devoient s' enfler au dessus de la ligature, comme l'on voit arriver aux vaisseaux sanguins, aux lymphatiques, & même aux petits tuyaux des Plantes; on verroit aussi couler une grande quaaantité de ce suc quand on coupe quelque gros nerf, par exemple, le sciatique: Cependant il assure, qu'il a fait ces deux experiences sur plusieurs animaux de toutes sortes d'age, sans avoir trouvé rien de semblable.

Idem de se quoq; testatur  
Magnificus DN. Bobnius in  
Cir.



*Circulo Anatom. Physiol. Progymn.*  
 XIX. Talia dein subnectens  
 experientiae propriae : Est du-  
 bium hoc non a me primum motum,  
 sed quod plurimum ante me jam du-  
 dum torsit ingenia, tale tamen, cui,  
 quantum quidem ego penetrare va-  
 leo, nondum satisfecerunt, quotquot  
 opus hoc in scriptis publicis aggressi  
 fuerunt, & quod probabilitatem il-  
 lam si non omnimode tollit, certe  
 nihilominus valde concutit. qui pl.  
 vid. in seqq. Taceo infinita alia,  
 pergit Doctissimus Schelhammerus  
 Lib. antea citi; ut, quod nemini suc-  
 cum illum suum unquam potuerint  
 monstrare, neq; in vivis neq; demor-  
 tuis animalibus, nec ope cultrorum  
 nec ligaturae, neq; deniq; locum asse-  
 vere



vere, ubi reperiatur vel unde hauriant nervi, quo succurrant necessitati viscerum.

Similia apud *Eundem* prælaudatum virum occurrunt verba recentiori adhuc & pereleganti scripto de genuina febres curandi methodo part. alt. §. 33. quando adscribendum hunc *Anglorum* succum nutritium in nervis quasitum universali illi nitro-aëreo spiritui dudum jam exploso jubet, & in loculo illo seponendum, in quo ingeniosa sed vana seculi commenta in templo æternitatis aut memoriae asservantur. Ego de meis quod addam observationibus, aliud non habeo,

B

cum



cum simile cum prioribus ferat iudicium oculorum nostrorum sensus, neq; ille fallere valuit Clarissimum Virum *Job. Frideric. Ortlobium* eodem in nervorum examine occupatissimum, qui optima quavis licet adhibita *ἐγχειρήσῃ*, etiam, ne charta quidem bibula liquidi ejusmodi vel minimam portiunculam excipere potuit vel invenire: Videtis *Dissertat. Physiologic. ejus* sub prælo adhuc sudantium *XXI. §. 12.* Nec opus esse censeo longius excurrere ad colligendum plura majorum vota receptasq; diu in Medicorum scholas probatas

bata



batas opiniones, ut magis in-  
 apricum deducam id quod jam  
 sua satis luce radiat. Etenim  
 non multum abesse video, ut  
 ad nos propius accedat Am-  
 pliff. T. Excell. & tumorem  
 ab injecto nervis vinculo ex-  
 spectandum mittat, videlicet,  
*cum idem ex fluido aëreo, quod*  
*vocamus, fibris nervorum compre-*  
*henso gigni posse thes. IV. aperte*  
*innuat, succumq; nerveum inde mi-*  
*nus evinci.*

Ad alteram jam Ratiocina-  
 tionem ex ipsius B. M. Mal-  
 pigbii, Bellini & Anglorum  
 experimentis contextam ut  
 parati quoq; simus excipien-  
 dam,  
 B 2 dam,



dam, qua omnem dubitationem expediri volunt adversarii, respondemus; magnam sane in nobis efficere admirationem tantorum Virorum mirandam oculorum aciem, qua præ cæteris non infimi nominis sortisq; Anatomicis hujus seculi ab Omnipotente instructos esse apud Vos legimus, singularemq; DEI bonitatem aliis immerito negatam, miris in his laudibus non satis efferri posse vel prædicari. Anne vero negantium qui tuentur partes, inscitiae alicujus Anatomicæ, aut quod minus recte experimentorum in viis in-



incederint , insimulandi? an-  
 ne luminibus claris orbati di-  
 cendi aut vitio laborantes ali-  
 quo , aut quid horum erit ex-  
 cogitandum , ut salvemus am-  
 bos , negantes & affirmantes ,  
 ne in alterutrius Summorum  
 Virum auctoritatem videamur  
 injurii? Minime. Arbitrium  
 interim difficili hac in causa li-  
 cet penes me non esse quam  
 optime norim , neq; ego par-  
 va hac opellâ Lectori id impe-  
 rem tantas componere lites ,  
 quid denique sit respondendum  
 à me in tanta sentiendi liberta-  
 te constituto , qua hodie frui-  
 mur , quilibet expectet. Id u-

B 3

nice



nice videre mihiq; abs Te , si  
 fieri possit , ostendi gestio, quod  
 inter alia tantopere extollis  
 VIR Celeberrime, stillicidium  
 è fauciato nervo adhuc calenti  
*(ne intrinsecus liquorem esse,  
 arbitraris)* cum victas dein  
 lubens porrigam manus , ubi  
 petitis honestissimis satisfactum  
 cognovero , eruntq; credituræ  
 tum oculatæ manus , quod vi-  
 debunt. Præterea multiplex  
 & reiterata aliorum æque ac  
 superius laudatorum Doctis-  
 simorum Virorum observatio  
 & experimentum facit , ut tam-  
 diu subscribam illis , & qui-  
 dem cum ratione , quamdiu  
 illis



illis veriora quis alius docuerit; quare necessario anteponam, quoq; necesse est, majoriq; in pretio habeam, id quod decem præcipiunt ex Sapientibus, quam quod unus alterve ex iis credere nos jubent fortassis, collata mehercule impari ad se invicem proportione.

Quod vero *Vir* omni laudis genere abundans *Malpighius* in secto brachii nervo observavit haut raro stillare aut leni pressione emitti roridum quendam & concretionis capacem succum, tanto facilius à me creditur, quanto magis à Curiosis vasorum lymphaticorum scrutatoribus hodie hæc admit-



tuntur, quoniam ex negligenter instituta venæsectione in flexura brachii cum primis lymphæ aliquod non raro remanere stillicidium à vase lymphatico vulnerato caussatum Doctissimus Vir *Antonius Nuckius* in *experim. suis Chirurg. Operat. XXVIII.* mihi auctor est, quod omnibus fere Chirurgis, Anatomen & vasorum lymphaticorum cursum nescientibus magnam creavit molestiam, idq; non tantum in dicta flexura, verum etiam in pede, nec non multis aliis in corporis observatur partibus, quæ vel punctim vel cæsim vel  
 alio



alio quovis læduntur modo ,  
 lympham copiosam sæpe ex-  
 spuunt. Hinc certo scimus ab  
 extremis digitorum , tam pe-  
 dum quam manuum vascula  
 hæc exeuntia in duos tresve ab-  
 ire ductus lymphaticos hederæ  
 in modum vel etiam rectilineo  
 attactu per latera venarum Ce-  
 phalicæ & Saphenæ assurgen-  
 tes metam attingere. Jam ve-  
 ro cuilibet in Physiologicis qui  
 hospes non est , facile constare  
 potest venis magnam admodum  
 cum nervis intercedere vici-  
 niam atq; unionem , quod hi  
 cum lymphaticis itidem non  
 raro pertundantur in venarum

B 5

ejus



ejus loci apertione, atq; plurimum malorum hinc resultantium fiant causæ. Videatur in hanc rem quoq; Excell. *Bohnius sub finem progymn. XIX. Circuli Anatom. Physiolog. p. m. 313.* De aliis ex incautæ venæ sectionis noxis legi potest *Parens Venerandus agonism. phys. med. VI. §. 1. 2. & 3. Heidelb. 1682. impr.*

Ad hæc sapientissime abs **T.** Excell. cautum est *sensus aciem interdum falli minoribus in animalibus propter subtilitatem humoris fibrarumq; nervearum, in majoribus vero feliciori rei successu experimentum edi, tamen de his in majoribus sc. etiam brutis cujus-*  
cunq;



cunq; ætatis dubitare fecerat Il-  
 lustrem DN. *du Verney l. f. cit.*  
 quando prudentis consilii vestri  
 memor nervum Ischiaticum ut  
 vocat par quartum lumborum  
 crassissimum ac robustissimum  
 omnium in corpore nervorum  
 ideo incidendum sibi selegerat,  
 ut nutritibilis lymphæ, certitu-  
 dinem assequeretur, sed *κενὸν*  
*πρὸς τὴν*. Unde quacunq; hæc de-  
 mum speciosa facie prima fron-  
 te arrideant adversariorum ar-  
 gumenta, si curiosius rem exa-  
 mines, facile comparebit fal-  
 lacia hic & *in plurimarum*  
*plantarum fibris nervosis* no-  
 mine solummodo tali super-



bientibus, re vero minime cum nervis corporis nostri convenientibus minusq; confundendis, quippe alia animalium est fabrica, alia vegetabilium; hinc non aliter quam similitudinis gratia ad illustrandum non ad probandum tale artificium de plantis olim antiquissimus philosophorum aliquis voluerat intellectum. *Nam a consimili constructione ad idem semper ministerii genus non licet argumentari; neq; valet quicquam, quod iis præcis crescente adhuc planta nullus succus exeat voluntarie, Compressione vero leni in tenerioribus sem-*



semper subsequatur, immo in  
 betulis aliisque succositate majo-  
 ri gaudentibus, vel leviter sal-  
 tim fauciatibus verno stillet tem-  
 pore, quare alia omnino sub-  
 est ratio, quæ vult, *iter ad*  
*nutriendas earum partes* neque  
 per nervos neque arterias neque  
 venas perfici, sed per proprios  
 canaliculos ab Effectore mun-  
 di molitoreque Deo eum in fi-  
 nem ipsis concessos. Hinc *in*  
*plantis quæ patent, & succum ve-*  
*hant nutrimum fibra angustissima*  
*tantum a nervorum tubulis*  
 corporis nostri distant, quan-  
 tum olim æra lupinis. Quibus  
 perpenſis probe & exploratis



quid evidentius succum nervorum ab oculis animisq; rejicere possit equidem non intelligo. Ut mirari omnino subeat istis experimentis & rationibus, quæ hanc in rem à nobis commemoratae sunt, tantum à plurimis tribui, ut inde probabilem conjecturam succi nervorum nutritii si non plane tolli, certe debilitari admodum convelliq; existiment.

Ad Cerebri nervorumq; inde propagatorum fabricam si attendo, facile perspicio, adeo providam, fuisse in condendo nobili hoc viscere Divinam Sapiëntiam, ut ad diversum tam ab aliis omnino glandularum racemum & delicatum concretionis capacem



*pacem lympham*, una cum  
 mobilissimo maximeq; spiri-  
 tuoso sanguine eo noluerit de-  
 rivare per *carotidum cervica-*  
*liumq; arteriarum* ramulos,  
 quorum quippe *finibus extremis*  
*partim*, *partim infinitis tenuissimisq;*  
*fibrulis candicantibus vario ductu ac*  
*flexu ultro citroq; implicatis* facilis  
 alias metuenda foret obstru-  
 ctio vel periculum à contenta  
 intus tali lymphā, plurima-  
 rum in œconomia animali  
 nostra, hujusq; incolarum spi-  
 rituum videlicet turbarum caus-  
 sa. Et posito, non concessio,  
 sequestratam ejusmodi lym-  
 pham nutricem transcolari per  
 uni-



( 40. )

universi Cerebri poros & à  
nervorum fasciculis cerebro e-  
grèssis tandem imbibi & ad  
partes singulas deferri, nonne  
obtinget, quod spiritus ani-  
males ( quos aëreos etiam no-  
biscum dicis ) celeri suo in mo-  
tu cursuq; rectilineo a comite  
lymphæ impediuntur, retarden-  
tur, atq; varie refringantur, aut  
ab aqua absorbeantur, inq; e-  
am condensentur, uti aquam  
in aera, & vice versa aera in  
aquam splendidissimam quoti-  
die resolvi cernimus; id quod  
ex Chimia & Physica gene-  
rali etiam nobis patere potest.  
*Neg; tamen per vos stabit, ut sen-  
sum*



*sum æque ac motum ab undis liquo-*  
*ris nervei , alterum quidem a recta ,*  
*alterum vero à retro impulso liquido*  
*queatis repetere , quoniam eo i-*  
*pso tacite consentire videmini ,*  
*utrumq; horum in utramq;*  
*partem motuum alteri manum*  
*injacere , & semper ab occur-*  
*santibus sibi invicem corpo-*  
*ribus in motu celeri constitutis*  
*talem edi effectum , ut alter*  
*aut repercutiatur , aut in tan-*  
*tum motum suum in alterum*  
*& oppositum quidem conferat,*  
*quantum de suo remisit , de qui-*  
*bus Philosophorum canones*  
*pluribus adiri poterunt , ut &*  
*Clarissimus Daniel Taurvy*  
*Anat.*



*Anat. nov. part. II. c. 5. p. m.*  
 301. seq. Dein si verum est, suc-  
 cum vestrum nutritium in ce-  
 rebro summam suam acquirere  
 perfectionem atq; consisten-  
 tiam, quomodo monstrorum  
 ἀκεφάλων, i. e. sine Capite &  
 Cerebro in lucem editorum ju-  
 stam formationem & accretio-  
 nem bene interpretabimini, ut  
 silentio præteream infantes, pue-  
 ros, juvenesq;, qui indies ma-  
 gis magisq; augentur & cre-  
 scunt secus ac viri & senes, cum  
 in illis tamen nervorum atq;  
 cerebri constitutio admodum  
 mollis sit atq; tenera, hinc suc-  
 ci nutrientis minor etiam foret  
 exspe-



exspectanda perfectio. Ast quoad  
 ad prius reclamari fortassis au-  
 dio, in acephalis spinalem me-  
 dullam cerebri sustinere vices,  
 præstareq; idem quod cere-  
 brum, unde prolongatum non  
 male à quibusdam audit. Ve-  
 rùm frustra talia quæres replico  
 ego, in illa quibus cerebrum su-  
 perbit, cavernulis nimirum si-  
 nubus, diversarum glandula-  
 rum acervis vasisq; & canali-  
 culis varii generis, quæ omnia  
 ad elaboratiorem perfectiorem-  
 que lympham creandam neces-  
 sario requiruntur, ut nutritio-  
 nis negotium spirituumq; ani-  
 malium proventus rite succedat,  
 quem-



quemadmodum totum hoc opus bello ordine perspicuaq; methodo nervose tradere consuevisti. Etenim funis ille argenteus, ut ab *Ecclesiaste* salutatur, à medulla cerebri ac cerebelli solum prolongatur in vertebrae, quo in loco considerari debet, tanquam insignis fibrarum nervearum funiculus, quæ in omnes corporis abeunt partes, & à cineritia sive corticali cerebri parte, spirituum alias officina, separatae id tantum commercii possidere putantur, ut sequestratos modo spiritus animales, suoq; numero absolutos per appensos nervos  
ad



ad partes porro amandent. Tandem quid de sensu ac motu partium futurum fiet, si admittatur nutritio è nervis, à *νευρῶν* quærit Doctissimus *Schellhammerus* *diss. supr. laud.* quem ex eo pendere, quod per nervos ad partes influit, à *Galen*i temporibus hucusq; fuit creditum. Aut ergo hoc jam præter omnem causam negandum est, aut nutritionem motum & sensum ex uno eodemque humore fieri concedendum erit; sunt autem ista, inquit rectissime, longe diversissima, & quæ stare simul vix ac ne vix quidem possunt.

Ut



Ut vero hæc omnia recte se  
 habere quibusdam & in suas  
 mentem partes cujusvis sponte  
 cogere videantur, nondum po-  
 tuerunt tamen omnimodum e-  
 ruditi orbis impetrare assensum,  
 quin paradoxum non mihi tan-  
 tum, sed & aliis ex hodierno-  
 rum Philosophorum cœtu ma-  
 gis sapiit, *aquam in multo an-  
 gustiores meatus quam aerem vel  
 sponte se insinuare vel NB. vi com-  
 pelli posse, atq; adeo tubulorum an-  
 gustias aëri alioquin impenetrabiles  
 subire, ut dubitare non temere li-  
 ceat, NB. aquane subtilior sit ac  
 tenuior aëre. Ast liceat mihi &  
 in hoc esse in dissentiendo abs*  
**Te**



Te libero , & accedere communibus Philosophorum placitis in Physicorum scholas optimo haecenus jure receptis. Equidem in contrarium quodnam posset adduci abs T. Excell. experimentum non video, majorem in aqua tenuitatem, atq; levitatem quam aere demonstrans, neq; unquam simile quid ex *Boyleo*, *de Volder*, *Sturmio*, aliisque audivisse recordor, quorum fama adhuc perennis est, nec unquam inter moritura inter Physicos nostrorum temporum. Docent idem lexcentæ aliæ rationationes ex ipsis experimentis  
 pro-



profectæ, monstrantes certam  
aquæ molem millenis ferme  
vicibus pondere æqualem aeris  
superare quantitatem, aquam  
intra aërem descendere eidem-  
que subjici. Manifesta sunt  
exempla eorum qui natant in  
aquis absq; ulla opera vel sub-  
mersionis periculo; Quis ve-  
ro in aëre hoc audebit absque  
adminiculis? Quot corpora,  
quantæ quæso moles vehuntur  
super aquis longissime diutis-  
simeq; quibus nullus omnino  
ferendis aer par est. Quanta  
industria Anatomicis adhiben-  
da sit in præparatis visceribus,  
ut minimi eorum etiam ramuli,  
ex-



excluso prius omni aere, qui sub-  
 intraverat, injecto mercurio vi-  
 vo Candicantes conspiciantur,  
 vel purpurei coloris cera bene  
 inferciantur vitamq; quasi æmu-  
 lentur, norunt hoc *Svrammer-*  
*dammio, Ruyschio, Nuckio,* a-  
 liisq; qui adstiterere Viris Curio-  
 sissimis eorumq; operas mecum  
 admirati sunt. Per angustioris  
 orificiū tubulum vasa minima  
 semper flatu distendi, liquorem  
 vero excludi non semel observa-  
 vi. Ecquis vero amplius de rei  
 veritate dubitabit? qui *D. de*  
*Stair Physiolog. nov. Experi-*  
*ment. Explor. IX. Sect. 1.* oculum  
 ante admoverit, aquam etiam

C

cor-



corpus grave pronuntiantis, i-  
deoque ipsius particulas necessario  
unionem habere unde ab æthere  
differunt, & ab ætheris circula-  
tione deprimuntur.

Quare omnem dubitationem  
expediet proportio gravitatis  
plurimorum corporum Erudito-  
rum industria *Verulamii* cum-  
primis, *Gassendi*, *de Volder*, alio-  
rumque inventa secundum gravi-  
tatem specificam ipsis dictam, in-  
ter quos postremus in Celeber-  
rimo Lugdunensium Batavo Ly-  
ceo demonstravit publice pedem  
aquæ continere 63 libras, un-  
cias 4. drachm. 5. mensuræ Hol-  
landicæ, vas etiam cujus cavitas  
fuit



( 51. )

fuit pedalis exhaustum, levius per 10. gr. fuit, unde pes aëris paulo plus 10. gr. continebit & aquæ gravitatis proportio & aeris inter se cuivis facile patebit.

Quare fateri necessario debes, aeris corpuscula aquæ corpusculis tenuiora, subtiliora, & per consequens leviora etiam longe esse, & illum firmo adeo partium suarum nexu atque vinculis non coërceri, quin liberrime per omnia spatia fluat, promptissimeq; diffundi queat.

Aeris deniq; & aquæ constitutio talis omnibus apparet, ut ex harum sola creatione id evincere probareq; possimus si experimentis in hanc rem minus essemus instructi, quod tamen ne-

C 2

cessita-



cessitatis lex jam nec imperare  
 nec suadere vult. Excipies forte  
 me genuinum Tuum non attin-  
 gere sensum circa tenuitatis &  
 subtilitatis vocem, qua omnem  
 levitatem excludis; sed ubinam  
 erit reperiunda illa tenuitas sub-  
 tilitasve, quæ ob partium suarum  
 figuram & dispositionem non et-  
 iam simul levis sit, & transeunti  
 ætheri ubiq; pateat?

Ex superius à nobis recensitis  
 manifestum est, neminem spiri-  
 tuum animalium οὐρανῶν ita in ce-  
 rebro suo fingere quasi aura le-  
 vis quædam sit tantummodo o-  
 mni elatere carens atq; gravita-  
 te, quod secus demonstrat esse-  
 ctus,



Etus, aut secerni posse in glandu-  
 larū racemis demta omni humi-  
 ditate vel fluiditate, è qua tamen  
 aerem maxima ex parte elevari  
 beneficio caloris novimus; spi-  
 ritus enim sine materia creari sa-  
 næ adversatur menti cuilibet non  
 minus & meæ. Interim vapori-  
 ferum illud spiritu multo impræ-  
 gnatum tantæ est tenuitatis, ut  
 lympham macro- & micro-cos-  
 micam multis adhuc superet pa-  
 rasangis, adeo ut apud me non  
 male audiat nec immerito aura  
 animalis, i. e. quæ ex sanguine  
 fuit elevata, in organis sensuum  
 & motus munia sua obit, actio-  
 nibusq; corporis nostri præest



semper; hinc ex subtili vaporifero illo spinalem in cadaveribus maderem medullam leniterq; eodem perfundi lubens Amplissima T. Excell. largior.

*Sequitur alterum, quo suspensus & sollicitus tenetur animus, ut exquiramus dubium, utrum sc. roridus à nobis nondum concessus ille succus, quo genus nervosum universum perfundi fuit dictum NB. toti alendo corpori, augendisq; ejus partibus sit suffecturum, ut nutritii nomen tueri possit?*

*Quod quidem prima fronte prodigio simile meæ & aliorum menti videtur quam maxime, præjudicatis opinionibus tantundem obsessæ, quantum alienorū esse potest, adeoq; à ratione atq; assensu nostro abhorret, opus, ut*



ut mentem candide super hoc vobis aperire, & difficiles Vobiscum partiri curas animo mecum iterum iterumq; constituerim, quas tamen non adeo ingratas atq; displicituras Magno Tuo Nomini prorsus confido.

Ab ore profecto non minus ingeniose quam erudite & veredum alimenti præparationem institui jubes & pulcherrimo quæq; ordine ingenii Tui acuminis disponis, ut totum tractum, vasa, vias & instrumenta, quibus alimenta antequam in succum & sanguinem convertantur, probe excutias, Lectori clare demonstras commodiorem viam nulli-



bi superesse aliam in toto nostro corpore, ad sanguinem variis suis recrementis citius exuendum & fluxum magis ac sincerum reddendum, ut genuinam tandem ei præstet nutritionem, quam prout doctissimis hisce thesibus circumscribitur & à me gratis conceditur. Equidem quantus conjecturæ meæ locus relinquitur, observo non leve momentum positum esse abs T. Excell. & fundamenti loco ceteris quasi substerni hypothsibus fluentibus ex eo quod ad nutritionem & accretionem corporum quam maxime requiratur fluidum aliquod *omnium multo tenuissimum,*

*lim-*



*limpidissimum atq; subtilissimum,*  
 quale præter animales Spiritus  
 non datur aliud in toto corpore,  
 & ex duum generum partibus coaluis-  
 se tale asserit, altera rorida sc. &  
*subactiore, concrescibili tamen lym-*  
*phæ parte, altera vero aërea atq; ela-*  
*stica, atq; adeo ex conjunctione tali*  
*& conjugatione purioris lymphæ atq;*  
*aërearum particularum, subtilem*  
*quendam roridum & elasticum liquo-*  
*rem confici, in quem finem etiam*  
 angustissimæ subtilissimæq; viæ  
 fuerunt selectæ abs Te & inven-  
 tæ, nervi puta, haut impervii ac  
 clausi, quibus id officii commis-  
 sum arbitraris. Verum enim  
 vero si eloquar quod mihi ha-  
 ctenus arrisit semper, quamdiu  
 machinæ humanæ ejusq; actio-



nibiſ expendendis fui intentus,  
perplacuit, talem videlicet ad-  
hibendum eſſe modum, ne Na-  
turæ ſimplicitatem ſola ſenſuum  
noſtrorum ſubtilitate, imagina-  
ria quandoq; metiamur, hacq;  
ratione nobiſmet blandiendo  
verum ſæpe prætermittamus,  
quando rerum naturalium ordi-  
nem modumq; ad ingenii no-  
ſtri normam referendum men-  
ſurandumq; paullo liberalius ju-  
dicamus. Non enim id quod  
longo & indefeſſo ſtudio mul-  
toq; rerum uſu eſt excogitatum  
ſemper illi anteponendum ſibi  
quis perſuadeat, quod præ ſim-  
plicitate fortean ſe non adeo  
com-



commendet, & commodiori via  
 queat demonstrari vel breviori  
 cursu absolvi, ceu ipsissima Tua  
 apposite huc mihi cominodas  
 verba *th. 22. opinionem nostram rei  
 respondere, cum effector Naturæ haud  
 dubie commodissima & simplicissima  
 fabricandi ratione machinam constru-  
 xerit, nullis ambagibus supervacaneis.*  
 Quod Sapientum dictum omni-  
 no illustre dat indicium ac docu-  
 mentum, nutritionem per arte-  
 rias tanquam vias pro suo mo-  
 dulo latis aptas & subtiles & a-  
 liis jam sufficienter demonstra-  
 tas commodissime simplicissi-  
 meque adhuc hodie perfici; quid  
 enim opus ad rem claram atq;  
 perspicuam tradendum est plu-  
 ribus



ribus ambagibus uti, ad Palladis arcem usq; excurrere & laureolam in commento tanquam mustaceo forte quærere.

Liceat vero mihi pace Tua, **VIR EXPERTISSIME**, haut levem hypothesium Tuarum annotare heic repugnantiam, ubi stante semel liquidi nervorū nutritii summa, ut decet, subtilitate atq; agilitate apud Vos, *vi elastica aeris, rori nutritio interfusi, impelli ac conjici in poros itaq; cuneari particulas nutritivas posse, ut firmiori contactu partibus nutriendis cohæreant & copulentur, Tibi facile est intellectu. Et alibi: Neq; partes ali possunt, nisi cum commoda ab incommodis, quæq; assimilari nequeunt, omnino segregentur, quod autem mi-*



*nus est incommodum usq; eo extenuetur ut facile à consortione ceterorum humorum secedere, inq; omnium partium poros distribui, & suis superficieculis partem nutriendam penitus amplecti ac contactum firmiorem efficere possit; immo paullo inferius hæc addis: cum in nutritionis negotio succus prorsus elaboratus ac extenuatus, ejusq; particularum NB. quies & contactus mutuus ac immediatus secundum omnes superficies cum partibus alendis pascendisq; ad nutritionem requiratur, atq; adeo nullo alio activo principio aut fermento spirituofo opus sit, utpote cujus NB. motus disjici potius alimoniam partium est necesse. Quibus sane verbis ipsemet arma mihi subministras & ensem, quibus es aggrediendus novarum turbarum (liceat*



ita jocarí) Dux & auctor. An-  
 ne motum rapidissimum qui-  
 dem, ut est spirituum ille, cum  
 quiete in nervis stare posse au-  
 tumas? nonne motus & quies  
 partium in scholis res sunt mul-  
 to diversæ sibiq; invicem oppo-  
 nuntur à Philosophis & succe-  
 dunt? Qua ratione hæc conci-  
 liabis, ut liquorem roridum,  
 tenuissimum ad quietem com-  
 ponas, quò partes recreet quod est  
*extenuatum valde & diffluum reddi-  
 tum, quo per omnium partium sub-  
 stantiam quoque versum in minutis-  
 simos poros immergi, ac mitissimi ro-  
 ris instar partes imbuere, mutuoq;  
 complexu conjungi iis ac coagmentari  
 possit.* Tibi quidem facile per-  
 sua-



suaderi videris, contraria in uno eodemq; subjecto locum habere posse, & quod in motu jam versatur suo, non officere alteri quod quietem affectat, quin utrumq; rite expediri. Etenim, officere Tibi putas (1.) per easdem vias alimenta pariter ad partes traduci & sanguinis excrementa expelli, ita ut utile aque ac inutile vehant, quod multis etiam vix probabile videri poterit: (2.) Observari in plantis, quæ defixis in terra radicibus, tenuem ac puriorem succum aeris circumfusi pondere ac elatario excipiunt, visceribus chylum elaborantibus haut indigere: succum tamen illum collectum per alios angustos ductus percolari, ut tenuiores particule nutritioni aptæ ab aliis crassioribus



*sioribus segregentur. (3.) Rapidum ac citatum cursum quem sanguis per arterias in venas dirigit, ad Loweri & Bellini exemplum dum vergit ad renes, loqui contrarium, probareq; id quod à me contra spirituum animalium succiq; nutritii indefinentem motum, per nervos fuit in medium allatum, immo necesse hoc pacto esse statuis alimentum una cum urina in renum tubulos dissipari pro sui nutritione. (4.) Acutissimi Viri Georgii Entii ratiocinium insufficiente esse ad succi nervorum nutritii tenuitatem amplectendam tuendamq; & si quæ plura alia.*

Quam



( 65. )

Quam ob rem meam ut tenuitatem audias quoq; peramanter & officiose rogo, quæ præmeditatis tot dubiis egregiis vix ac ne vix quidem commodam tantillo temporis spatio adornare responsionem sustinet. Quoad primum, ut brevis sim, sic habe: Nullo prorsus modo inficior qui arteriis studeo me antiquam functionem ipsis conceditam unquam deserturum, si veriora quis nondum propalaverit, cum simpliciori & commodiori via naturam opus suum absolvere omnes unanimi ore profiteantur; nec impedit quod utile cum inutili vasis  
coer-



coerceatur & simul varias corporis regiones permeet; sciendum enim esse moneo, me ad nutritionem modo crassiores, modo tenuiores, subtilioresq; seligere è sanguine partes, prout nutriendæ nimirum variant partes, quoniam ossa, cartilagine, membranæ, pili, cutis, ligamenta, vasa, ex universali fluido purpureo omnia tanquam oceano microcosmico irrigantur, sibi nutrimentum mutuuntur debitum, sed tamen certo numero, ordine ac respectu, aliæ enim amant magis salinas fixas, aliæ volatiles, aliæ oleosas, humidas & gelatinosas & sic



( 67. )

fic porro , quis vero singulas  
has in nervorum liquido repe-  
riet ; monstrat has quoq; Vul-  
cani examen si eidem commit-  
tatur unaquæq; pars , licet non  
eidem semper fidere tutum ar-  
bitrer. Cognovit id jam plu-  
ribus retro abhinc seculis *Gale-  
nus* : quando partes sui simili  
nutriri fassus est , & *Kircherus*  
*de Magnete Lib. III. part. 7.*  
*c. 3. p. 694. atq; c. 6. p. 719.* ob  
quandam Naturæ seu substan-  
tiæ cognationem asserit partium  
corporis alias aliis gaudere affi-  
ciq; alimentis , ex. gr. nostrum  
cerebrum cerebro animantium,  
jecur jecinore , pulmonibus pul-  
mo-



monem , & cor cordibus ; At talis tenuissimis ex partibus conflatus liquor nutritioni plane est ineptus, cum non ubiq; satisficiat ; Ecquis vero dixerit partes solidas ex spirituosis & subtilissimis particulis constare, cum manibus palpando ( ut diserte loquitur nec nimis sæpe nec nimis valde nobis unquam laudatus DN. *Güntber. Christoph. Schelhammerus*, Patronus atq; Promotor noster plurimum venerandus *Dissert. all.* ) plane contrarium liceat deprehendere. Quapropter hoc eo magis demiratur , quod tam præclari Viri partes spermaticas , ad quas  
 refe-



referunt membranas, tendines,  
 fibras, atq; ipsa deniq; ossa &  
 horum durissima dentes succo  
 nervoso nutriri crediderint, quæ  
 omnium sunt partium procul  
 dubio crassissimæ maximeq; ter-  
 restres. Hujus si quis rei certi-  
 tudinem nondum assequatur,  
 alia objici posset ratio quam  
 non sine fundamento *thes. publ.*  
*Lugd. Batav.* promulgavit  
*Archib. Pitcarnius, Scotus, de*  
*motu sangv. per vasa minima;*  
 pluribus indagandam adhuc cu-  
 riosis animis reliquit. Verum  
 notiora hæc Tibi sunt, quam  
 ut prolixiori sermone jam ex-  
 sequar, quæ paucos ante men-  
 ses legenda obtuli. Ne-



Necessitatem potius exigit  
 multarum particularum miscel-  
 læ in sanguine multiplex & di-  
 versa corporis nostri refectio, i-  
 ta ut hæc vix ac ne vix quidem  
 sine illa inchoari nedum absolvi  
 queat si deficiat. Non enim,  
 hac vel illa corporis regione si  
 oberret fluidum universale pro-  
 miscue apponitur, quod tubulis  
 coercetur vel jam fuit præter-  
 gressum, sive primo sive ultimo  
 advehatur loco, cujuscunq; et-  
 iam sit diametri, nisi superficie-  
 rum apta & arcta inter utramq;  
 partem intercedat similitudo  
 atq; nexus, unde & hæ parti-  
 culæ tenuiores licet sint aliis,  
 con-



convenienti tamen figura distinctæ facilius longe adglutinabuntur subsequituris multis millibus aliis rapidiori duplo vel magis adhuc in motu constitutis, qui huic negotio vel minus officit, cum constet de motu multum deperdi, qui in vasis minimis multumq; à primo motore remotis exercetur & secundum ætatis gradus contra magis ad quietem disponi admodum verosimile habetur.

Id quod de spiritu animali prædicari potest minime quippe qui nunquam à motu feriatur suo per angustissimos licet trahatur canaliculos, & cujus essen-



essentia motum agnoscit perennantem vel maxime si vita homini superstes esse debet; hinc interrupto vel alio quovis modo intercepto ejus ordine varia œconomix animalis imminent pericula graviaq; mala indubitati mortis comites, generosum ni cito auxilium præsto sit.

Quod de plantis dicitur, defixis eas in terra radicibus tenuiorem succum excipere, nil quicquam contra nos probat, cum ex antecedentibus jam constet satis, illustrari harum exemplo quodammodo posse nutritionem corporis animalis non vero probari; tot enim hæ machinulis



chinulis & viis non indigent ad  
 nutrimentum præstandum uti nos,  
 unde & simpliciori modo totum  
 in illis accretionis peragitur ne-  
 gotium. Hypothesin quinimmo  
 magis tale meam confirmat  
 exemplum ex annosa sumtum,  
 quercu vel duriori ilice. Optan-  
 dum sane esset, ut præter Excel-  
 lentiss. *Marcell. Malpighium,*  
*Nehem. Grevv & Wolferd.*  
*Sengvesdium* plures adhuc su-  
 peressent rerum Naturalium con-  
 templatores, quibus in stirpes,  
 plantas vel arbores etiam pro-  
 fundior pateret aditus singula  
 in illis certiora reddendi Naturæ  
 phænomena circa quæ cespita-  
 mus;

D

mus;



mus; sed quantum quæso est quod  
 nescimus adhuc? Ego sensuum  
 priorum testimonio convi-  
 ctus animadverto in grandioribus  
 lignis atque firmioribus terrestres  
 plures atque graviores semper con-  
 currere partes ad constituendam  
 proceram eorum molem, tar-  
 dioremque esse horum præ aliis ac-  
 cretionem, atque terius multo vi-  
 ridi foliorum coma ornari in-  
 gruente vere. Manifestum hoc  
 est in quercu, adstringendi vi in-  
 signiter pollente per totam ejus  
 substantiam diffundi non tenuio-  
 res solum partes, sed crassiores  
 potissimum ad maximam fere  
 usque altitudinem & in foliis ter-  
 mina-



minari simili virtute imbutis.  
 Qvis vero subtiliores has nuncu-  
 pabit & quasi aereo-aqueas flui-  
 dissimas? Unde vis adstringens  
 fit petenda & cui debeatur princi-  
 pio melius scis quam ut à me dici  
 possit. Interim non nego dari te-  
 nuiores subtilioresq; partes reli-  
 quis in arboribus tenerioribusq;  
 stirpibus quæ citius ad summita-  
 tem & vestigiū usq; perveniunt  
 ut reficiantur; in vegetabilibus  
 vero summam hanc tenuitatem  
 atq; humorum subtilitatem quæ-  
 rere quæ animantibus competat  
 posita etiam plantula delicatissi-  
 ma, rem sapit omnino difficilem  
 tantum non impossibilem. Ne-  
 gat



gat etiam illarum in canaliculos angustiores ingressum arcta & solida ligni compages, majorq; pororum in tali ligno raritas; unde peregrinam sæpius alimoniam meditatus fui viam, cursum & modum quo dispensetur roridus atq; nutritivus vegetabilis humor, qui nos nihil nunc attinet, cum specialius aliquando mereatur à nobis considerari.

*Tertium non persuaderi potest VIR Nobilissimus secretionem lotii ipsos renes nutrire, quia nutritio quiete atq; accretione particularum perficitur, cui in tam rapido torrente nullus videtur esse locus, quando per vasa renū transit*  
*M.S.<sup>is</sup> auctoritate & experientia Magnorum Virūm Lorreri & Bel-*



*Bellini* sc. innixus. Ast injuria re-  
 nes afficis, quos magno & igno-  
 bili haud olim muneri praefixe-  
 runt nostri majores, quando se-  
 cretionem lotii renum nutritio-  
 nem tollere autumas; etenim lo-  
 tium non tantum, quod seri pars  
 est sanguinis eo defertur, sed ejus  
 etiam pars gelatinosa & nobilior  
 simul refectioni singularum par-  
 tium inserviens. Praeterea renes  
 cum in fetu partui proximo vel  
 jam jam edito insignē obtineant  
 magnitudinem respectu reliquo-  
 rum viscerum, certum est eos  
 non adeo amplius per aetatem  
 augeri, sed glandulosam friabilem  
 texturam in compactiorem ac



firmiorem paullo immutari, ut  
 eo alacrius toties repetitum cola-  
 torii munus sustineat. Quo facit  
 etiam creber sanguinis rivus mul-  
 tis salinis & lixiviosis onustus  
 particulis huc toties delabens, ex  
 quo fit, ut interstitiorum spatiola  
 rigida quædam salina occupent  
 corpuscula, duritiem ætate ma-  
 jorem efficientia ceu cultri Ana-  
 tomici ope id habemus comper-  
 tum. Neq; enim est quod exi-  
 stimes omnem partem alibilem  
 à falsis recrementis per renum  
 tubulos commigrantibus anni-  
 hilari & destrui in junioribus ani-  
 mantibus ut minus assimilari  
 queat, cum talis efficaciam ea non-  
 dum



dum sint prout in adultis & san-  
 gvis copioso & blando rore nu-  
 tricio diluatur quam maxime,  
 qui spicula salina potis est obtun-  
 dere; Quinimmo motus ille ra-  
 pidus quem à citato & reiterato  
 toties sanguinis per eos cursu de-  
 pendere didicimus, nutritionem  
 non excludit, quoniam illi neu-  
 tiquam est æquiparandus qui spi-  
 rituum animalium nomine ve-  
 nit, quippe qui velocior multo  
 esse debet multisq; hunc exsu-  
 perare modis. Et cum circa ar-  
 teriarum fines primo de motu  
 sanguis multum remisit, adeo ci-  
 tatus circa venarum oscula am-  
 plius esse nequit, ut vane me-



tuunt alii, qui minora minus advertunt, majora contra magis negliguntur id quod de Spirituum animalium & sanguinis motu inter se collato dixisse sufficiat.

*Quare si verum est, quod supra significavimus, fluidum nervorum ex aerea suaq; tantummodo explicandi vi praedita s. elastica coaluisse, nihil manifestius quidem est, vi tali elastica aeris rorem nutritium sive partes nutritivas neutiqvam cuneari vel conjici in poros, sed vice versa à firmitiori contactu magis impediri & dissolvi sicq; disjici potius alimoniam partium necesse est; Nam conclusa compressaq; exilia pariter atq; elastica corpuscula alacriter motus suos efficiunt, & non lente segniterq; agunt, nisi naturalem hominis statum*  
cum



cum p. n. quandoq; & vice versa transformare cuiusdam sit arbitrii. Qua de causa non possunt non iterum iterumq; nobis placere verba Magnif. D. D. *Scelhammeri diff. de lymphæ ortu*, quæ huc transtulisse non pigebit: *Nutritio quietem partium requirit, quæ motu destruitur. Porro motu consumuntur partes, nutritione absumtū restituitur. Hæc autem talia quæ vel contraria vel saltim diversi sunt generis natura nunquã solet confundere.* Ad hæc meridiana luce clarius est omnia illa quæ M. S.<sup>cam</sup> magis concitant, & ad majorem motum invitant, exagitant, calorem in corpore augent, vel eam fundunt aut liquant, capacia



cia prorsus esse nutritias roridasq; in ea depascere particulas, absumere & immutare, ut adhæsiōne nunquam præstent, corpusq; tandem intereat absq; ullo tamen notabili spirituum dispendio, qui motu sæpius juvantur torpidi motusq; inertes. Neq; metuas opus est, detracto è sanguine vitæ pabulo spiritus deincepsq; imminui, cum tamen constet ex mente vestra eos subtilioribus tenuissimis & liquidis rebus è quibus scaturiunt compositos reparari posse, immo illa quæ spirituosarum valdeq; tenuium partium sunt & ad auram animaleam facile pertingunt,

eius



ejus defectum supplere, quamvis non semper aggrediantur sanguinem, noxamq; ei inferant, adeo ut nunquam atrophiam vel marcorem patiantur partes & inaniantur, verum potius tutissimum aduersus illa incommoda habeamus auxilium quibus occurratur promptissime, stante semel hypothesisum vestrarum veritate ac robore.

Quarto tenuitatem succi nervorum qui contra doctissimum Anglum *Georg. Entium* ejusq; sequaces impugnant, nolunt nutriendis partibus tale quid esse idoneum quod crassi glutinis instar adhæreat, cum palam omni-



bus sit, totos illa canaliculos non  
 pervasura sed difficiles haut raro  
 moras tractura, motumq; rapidū  
 in illis sufflaminatura, ut cras-  
 siores sibi invicem magis cohæreant  
 partes & in majorem brevi assur-  
 gant molem, corpori omnino  
 molestam. Quapropter si in lati-  
 ce purpureo nobilissimo figuntur  
 oculi nostratum, etiam differen-  
 tiam talem minimis particulis  
 assignandam esse ratio vult, ut  
 medium utrobique servetur mo-  
 dusq; sit in rebus tractandis ex-  
 plicandisve ne præ nimia tenui-  
 tate etiam diffluent. Non enim  
 Doctrinæ salutari conducunt illa  
 quæ subtilis ingenii commentum  
 vel



vel magna arte & labore excogitata esse videntur, sed quæ veritatem nudam habent pedisse quæ. Pinguedini vero, ne Anglorum quorundam blandis irretiamur somniis, aliam assignant rationem, aliam quæ quotidianæ refectio- ni, aliam accretioni solitæ quot- quot nobiscum sentiunt. Neque sufficit dixisse quercum in vastam amplitudinem excrecere sola, pluvia ac rore, cum è crassioribus multo arborum firmissimam, coaluisse partibus non immerito ex antecedentibus una cum aliis jam collegeris, ita ut non necesse sit diutius his immorari.

Nolo hoc loco accumulare,

D 7

quæ



quæ à doctissimis viris contra cla-  
 rissimos Magnæ Britanniaë Me-  
 dicos de membris paralyticis du-  
 dum sunt disputata sc. quod tabe-  
 scant ob constrictos aut præcisos  
 forte nervos, cujus etiam justa  
 phænomeni reddendi ratio mul-  
 torum torfit animos, suam tamē  
 non sine probabilitate quilibet  
 dixit sententiam; unde quid in-  
 genii mei imbecillitas suggerit  
 ardua hac in re, quo magis eru-  
 diar, Tecum lubens confero.  
 Nervorum ministerium efficax  
 admodum esse, & requiri cum-  
 primis ad legitimam fluidarum  
 partium distributionem per to-  
 tum corpus absolvendam ut an-  
 gustis-



gustissimi minimiq; quotquot  
sunt ductus & tubuli serventur  
ubiq; patuli & calorem ita una  
cum sanguinis circulo prompte  
suscipiant præsentes nimirum si  
sint animales spiritus, quorum  
quippe interceptione & absentia,  
calor, motus, sensusq; partium  
perit, tubuli & vasorum minimo-  
rum collabascunt interstitia, san-  
guinemq; in cursu debito impe-  
diunt, ut quod nutritibilis eidem  
inest minus adhærere vel ad  
partes pervenire queat; immo  
aliarum functionum superve-  
niente tali incommodo sæpis-  
sime turbatur ordo, ut lauda-  
bile nil geratur in toto corpore  
nutri-



nutritioq; languet. Vides pro-  
 in *aliam* dicto à nobis *rationem*  
*assignari phænomeno*, ut opus  
 minime habeamus asserere, *nu-*  
*tricium corporis succum non*  
*per nervos sed per arterias ap-*  
*portari*: unde rectissime sup-  
 ponitur nervos nutritionem ju-  
 vare, quoniam communi opi-  
 nione non negari potest spiritus  
 animales dilatare poros partium  
 ut moleculas sanguinis eo me-  
 lius recipere queant. Quale  
 quid magis probabile cense-  
 mus, si credimus idem in  
 microcosmo spiritus præstare  
 posse *ἀναλογικῶς* saltim quod  
 Sol in macrocosmo, habereq;  
 effe-



effectum in plantis, stirpibus & arboribus similem ut lætæ crescant ac vegetent; quando vertici propius admoveatur nostro, contra vero emori qs. & decidere easdem notamus, quando obliquiores parcioresq; ad nos spargit hieme radios, in quem finem etiam pleriq; utriusq; phænomeni efficientem non inepte dixerunt esse causam utrumq; & spiritum & Solem, Teq; non aliter olim sensisse nec sine ratione memini.

Tandem ut finiam quoque, cum admiratione legi non multum abesse ratus, ut Amplissima T. Excell. totum qs. hominem, nervo-



nervosum pronuntiet ac omnes  
 ejus partes inde putet conflatas,  
 apparereq; id rei cum primis ( ut  
 Optimi Venerandiq; Senis DN.  
*Job. Jac. Wepferi*, longo rerum  
 usu & Doctrina præstantis Viri  
 d. 28. Jan. st. v. hujus anni rebus  
 humanis exempti cæloq; adscri-  
 pti verbis se muniat ) *in fibris*  
*ventriculi & intestinorum*, *in corde*  
*atq; omnibus musculis*, dum eos, *nil*  
*nisi nervos esse*, aut proxime certe ad  
*illorum naturam accedere perhibet.*  
 Verum enim vero liceat mihi  
 levem solum rei hujus differen-  
 tiam uno alterove verbo attigis-  
 se: Quamdiu Medicorum scho-  
 læ perstiterent & physiologiæ sese  
 studio cœperunt Artis mancipa-



re filii, laudabilem scimus inva-  
 luisse morem, solidas fuisse partes  
 inter agnitam distinctionem,  
 quoque realem, ut quotquot con-  
 tinentium albo voluerunt inseri,  
 varia etiam nomina retulerint  
 nec immerito. Comprobavit  
 eandem multa, fida ac profunda  
 oculorum inspectio atque labor  
 haut poenitendus solertissimorum  
 Anatomicorum, quem rebus in  
 abstrusioribus naturæ eruendis  
 fausto consumserunt cum even-  
 tu fructuque minime contemnen-  
 do. Nam peculiaris singulas  
 prorsus intercedit partes stru-  
 ctura certaque dispositio secun-  
 dum minima, ut musculus idem

non



non fit cum ligamento, osse, cartilagine, fibra, arteria, vena & s. p. Quod vero horum omnium quædam ad compositionem concurrant & per eorum dispergantur quandoq; substantiam, non statim argumento esse potest cuiuspiam, ut credat dicatve hanc vel illam partem præ aliis nervis quod stipetur multis, nil nisi nervos esse, minimam cum particulam solum è nervis adipiscatur textura talis visceris, ut ut sensibilissimum fere habeatur ab omnibus, potestq; motus & sensus in illis ab unius nervuli expansione tantum proficisci, idq; eo magis si plures nervorum ad-

sint



sint ramuli, quod ventriculo, in-  
 testinis & musculis commune  
 esse solet, ubi plures profecto  
 musculorum, membranarum,  
 tendinumq; concurrunt fibræ,  
 quam nervorum. Compare-  
 mus quælo magnitudinem uni-  
 us talis visceris cum tantillo ner-  
 vorum quod eo decurrit, & vide-  
 bimus rei falsitatem oppido, ut  
 mittam alias cujuscunq; partis  
 affectiones naturales probationi  
 nobis inservientes atq; testimo-  
 nio. Mechanices usus docuit  
 quidem nos aureorum unicum  
 in mille & plures per tenues ad-  
 huc lamellas vel foliola mallei i-  
 ctu diduci posse atq; cogi; quod  
 & si-



& simili alia in re locum invenit, in hac vero stupenda corporis fabrica mechanica vacillat ratio, quia tam amplam visceris extensionem & tam profundam à nervorum tenerorum mole per exigua derivare velle sapit *ἀδυναμίαν* & cum meo nondum quadrat ingenio, quamvis probabilitatem non levem ganglia variis in locis assurgentia videantur post se relinquere, quando longissime à cerebro jam digressi sunt nervi.

Atq; hæ sunt meæ de succi nervosi nutrientis origine atq; effectu receptæ scholarum consuetudine hodie sententiæ, quas tamen dissimulandum nolo suis laborare posse

an-



angustiis, nec omnem rei propositæ  
 mensuram ubiq; adimplere. Veniam  
 itaq; dabis, spero, VIR Humanissime  
 Excellentissimeq;, si via hac qua ni-  
 mis longe institi, proposuero aliqua  
 vestrûm placita, quibus à Vobis dis-  
 sidere communis studii imperarat  
 necessitas hodiernaq; philosophandi  
 libertas, ea, qua par erat, modestia,  
 excutere, Tuoq; cuncta limato &  
 gravi iudicio dubia quæ tam exacti  
 gratiq; speciminis lectio post se reli-  
 qverat apud me l. m. q. submittere.  
 Hoc saltem abs Te impetrare mihi  
 liceat, ut æqui boniq; consulas, quod  
 fluctuantis animi mei causa potis-  
 simum in re tam ardua minusq; ad-  
 huc perspecta ad Te scribere non e-  
 rubesco. Cave putes vero *πικραλφεί-  
 σα* Patrone, Ordinisq; nostri decus  
 ac delicia, ejus animi fuisse me un-  
 quam doctissimas Tuas sigillandi  
 the-



( 96. )

theses, flagrasseq; foeda libidine aut  
juvenili pruritu impetendi nervose  
admodum à vobis disputatum succū  
talem nutricium, qvem discendi cu-  
pidis animis & veritatis amantibus  
magis qvam jejunis ac sitientibus  
profiliisse præclare in id edito speci-  
mine abunde commonstrastis. Vale  
VIR Nobilissime Excellentissimeq;  
cum tota splendidissima Familia,  
meq; porro insigni Tuo favore com-  
plectere, utpote qvi sim jure meritoq;

Magnifici Nominis Tui

Scribo è museo meo

Witembergæ Sax.

ipsis Kal. Mart.

M DC VC.

*Cultor perpe-*

*tuus*

PHILARETUS.





ut  
ū  
i-  
us  
us  
i-  
le  
q;  
a,  
n-  
q;  
H  
il  
ur  
d  
il  
S.  
er  
ce  
vp







67  $\frac{13}{9.11}$

67  $\frac{13}{9.11}$

ULB Halle

3

006 661 548










Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



4  
D. B. V.  
II FRIDERICI  
RANKENAV  
D. & P.P. Extraord.  
**Quisitio**  
istolaris  
NUTRICII PER  
S TRANSITUM  
QUE EFFECTUS  
pore humano  
pendens:  
Dicata  
PLISSIMO atq; EX-  
ENTISSIMO  
H. GOTHO-  
BERGERO, D.  
ci Seniori, & Pathologiae  
ubl. Celeberrimo, &c.  
LIPSIÆ,  
H. MELCHIOR. Lieber  
op. Havniens, 1696.